

Christian Woldenberg

**Programma Quo Christianus Woldenbergius Crempa-Holsat. ... Decanus  
Facultatis Iuridicae In Academia Rostochiensi ... ad Disputationem Inauguralem  
Dn. Danielis Fischeri, Lubecensis, ... die 18. mensis Iulii habendam ... invitat :  
[P.P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Iuridicae. 9. Iul. d. Anno M.DC.LXV.]**

Rostochii: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735224471>

Druck    Freier  Zugang



Freude der allgemeinen  
Möglich

R U jir 1665  
Christian Woldenbury Prae. /or  
Daniel Fischer, Rep.  
nre Progr.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn735224471/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735224471/phys_0002)



PROGRAMMA  
CHRISTIANUS WOL-  
DENBERGIUS Crempa-Holsat.  
Phil. J. U. D. Decretalium PP. & p. t.

DECANUS  
FACULTATIS IVRIDICÆ  
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI  
Suo & Dnn. Collegarum nomine  
DISPUTATIONEM INAU-  
GURALEM  
DN. DANIELIS FISCHERI,

Lubecensis,  
Sereniss: Brunsvicensium & Luneburgensium  
Ducis Consiliarii  
Pro obtinendis in Utroque Jure, Canonico, & Civili  
honoribus ac privilegiis  
die 18. mensis Julii habendam,  
Magnificum Dn. Rectorem, Dnn. Professores,  
omnes omnium ordinum Cives Academicos, Litera-  
tos, & Literatorum cultores ac fautores offi-  
ciose achumaniter invitat.

ROSTOCHIENSIS IOHANNES VIII. A. T.





Quanta sit Legum nostrarum Civilium dignitas,  
splendor, & utilitas, non solum ex veterum, sed  
& recentium J Ctorum scriptis planum fit, & in-  
oculos quasi incurrit. Ut autem aliorum testimo-  
nia, quæ ferè infinita super hac re extant, racciam,  
unicum & aureum illud Florentinis Pandectis,  
tanquam archetypo librorum juris ( quorum sit-  
tybus rubrum holosericum, & aureæ fibulae ) præfixum epigramma  
saltem eam in rem producam, ex quo evidenter elucet, quæ sit Ma-  
jestas & amplitudo legum nostrarum. Dignum sanè Epigramma,  
non solum lectu, sed ut omnes Astrææ consecranci animo illud im-  
bibant, & inde Leges nostras à primis studiis legalis annis magni fa-  
cere, & ex veris principiis estimare, & auro & argento contraha-  
bere discant. Est verò hujus argumenti :

BΙΓΛΟΝ ΙΩΑΝΝΙΑΝΟΣ ἄναξ τεχνίσατο τῆνδε

Ην ρά Τελεωνιανὸς μεγάλω πόμπη παμβασιλῆ,  
Οἰάπις ιερευλῆ παγαῖον ἀσπίδα πύξας  
Ης Πτή μαρμάρουν ἀχρίλυπα πάντα θεμίσων.  
Ἄνθρωποι δὲ Ασίης, τε δερυκτήτου π λιβύσσους,  
Εὐρώπης τε πήγοντα, ὃλα σημάντερε κέσμα.

Quod servatis numeris lib. 2. prætermissorum Alciatus b.m. vertit:

Justinianus opus Princeps hoc edidit omnis  
Quod Tribonianus rectori condidit, orbis,  
Tanquam aliquis, variam componens aspidam magno  
Alcide: namque hic fulgent mira omnia legum.  
Ast Europa, Asiaque homines Libycique subacti  
Cuncta gubernantis Domini præcepta sequuntur.

Quæ versio quidem bona, sed cum transmarinam venerem non  
reddat, dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ : Quem in finem non  
piguit Joh. Drosæum hoc Hexastichon integrâ analysi resolvere,  
ad quem cupidam legum juventutem remitto in methodo Jur. Uni-  
versi p.m. 78. Ex quibus apparet quām appositum sit, & operis au-  
tori celebrando, & omnibus ad id invitandis, veluti classicum quod-  
dam electum epigramma. Herculi comparatus est Justinianus,  
Vulcano Tribonianus, & scuto Herculis Justiniani Pandectæ. Ut  
enim

enim magnanimus Hercules omnium in totis orbe, suo mirabilis clypeo ultus est injurias, à variis monstris illatas, & hæc ratione omnibus urbibus, quas tanquam unam ambit oceanus, tranquillitatem restituit, immortalitate sibi hac viâ paratâ: Sic sapientissimus Justinianus in omnibus mundi partibus injurias ab omnibus arcet, & suum cuique tribuit, justitiae coronâ in perpetuum sibi repositâ, & omnibus ipsum sequentibus in vita æternâ reponendâ, secundum illud Danielis 12. v. 3. docti erunt ut splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, sicut stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Clypeus Herculis, inquit prædictus Alciatus in C. de V. S. dicitur de re pulcherrimâ, & ornamenti variis insigni: ut & in meis proverbiis juris observavi. Quid autem Legibus nostris insignius, & præstantius cogitari potest? Quinimò ab ipso Hesiodo Poëtarum Græcorum post Homerum antiquissimo (licet & de hoc dubitetur vide Lil. Girald. de Poëtar. Histor. Dial. 11. & Hom. Hebraizonta Zach. Bogan. p. m. 137.) in opere, cui titulus æmè nomen traxit. In quo libro varia monstrorum genera introducuntur: Parca perniciosa occisorum fugens sanguinem; Serpentum duodecim horribilia capita: Porcorum & Leonum gressus invicem pugnantium: Lapitharum & Centaurorum (quos non dari contra Plinius in J legitur §. 1. J. de Inutil. stipul. & ib. Ferrar.) pugna crudelissima. Mors & Pallas, Deus & Dea bellis: Deorum chorus sacer pugnantes aspiciens, portus maris cum piscibus, & piscatoribus. Perseus eques cum suis Gorgonibus. Paræ fatales, Clotho, Lachesis, & Atropos, Achlys seu caligo, vetula lacrymosa, septem portarum urbs turrita, cum variis habitatoribus. Oceanus tandem ipsum alluens circulum. Hæc profecto mira sunt, quæ cum voluptate intuentes delectare & accendere merito possunt, si quicquam in rebus mortalibus movere possit. At nihil ad coelestes illas legum sanctissimarum imagines, quæ si simul oculis cernerentur, incredibiles amores, ut ait Plato, excitarent sapientiæ. Adde Laur. Vallam lib. 3. Eleg. in pr. Quippe leges non solùm vincula sunt necessaria ad communem societatem, sed etiam pulcherrimè temperant societatem, & gradus efficiunt omnium officiorum, religionum, magistratum, judiciorum, connubii, educationis,

disciplinæ, ut hac ipsâ hæmonia societatis nihil sit melius, pulchrius, & gratius. Quod si coelestium motuum vices atque ordinem miramur, ut decet, discimus etiam hunc pulcherimum ordinem in societate intelligere, mirari, & amare. Neque enim est Hesperus ita neque Lucifer admirabilis, teste Aristotele, imo neque ipsa stellarum omnium octava sphæra, ut ipsa divina justitia, quæ cunctis humanæ societatis gradibus jura præscribit; cui egregiè concordat Justinianus *in Nov. 164. in prefat.* ut & jus Canonicum *in c. n. D. 10.* Leges Principum, aut regulas Patrum, aut admonitiones paternas nemo dicat debere contemni, adde *L. 2. C. de Furt. & L. 22. C. de Collat.* Quemadmodum legibus nondum enatis nascendi causam rerum usus præstat: sic quando Lex rerum utilitati non subservit, eā abolendam esse sequitur. *Leo. Nov. 47. in fin.* Rerum humanarum vicissitudo, inquit idem *Leo in proæm:* vitæque inconstans atque multiformalis status permultis ac omne genus legibus ortum præbuere: quæ leges, quia suâ multitudine ad quascunq; se facile res protendunt, cum illas sibi admovent, quicquid recte aut secus secesserat, dijudicant. Sunt itaque quasi custodes vitæ nostræ & medici, dum mala, partim ne orientur, ac in communem vitæ promanent, impediunt; partim verò quæ mala occulta sunt, insinuanterq; irreperserunt, eorum noxam corrigunt, ac velut radicitus universitatem evellunt, eamque non sinunt corroborari: *Add. 19, 36, 47, 105. ejusdem Leonis, ubi in ultimâ dicit.* Qui Leges Reipublicæ oculos esse dixerit, is profectò meâ sententiâ, illas ita vocans, nihil indecens pronunciaverit. Quemadmodum enim res maximè necessaria est animali non titubans oculus; Ita & Reipubl. æquus & rectus status. Qui contra legem id ausus fuerit sperare, quod non licet, reus violatæ legis habetur. *L. 1. C. de petit. honor. sublat.* Lex est omnium divinarum & humanarum rerum Regina: Oportet autem eam esse Præsidem & bonis & malis, & Principem & Ducem esse, & secundum hoc regulam esse justorum & injustorum: & eorum, quæ naturâ civilia sunt, animantium præceptorum quidem faciendorum, prohibitorum autem non faciendorum. *L. 2. D. de LL.* quæ Chrysippo summæ Stoicæ sapientiæ Philosopho acceptū fertur, & Græcis verbis ibidem allegatur, ut utriusq; lingua necessitas ex infinitis juris locis

eiis plana fieret, in primis expr. ep. 2. D. p<sup>r</sup>afixa. ubi Imp. gloriofiss, lingua Græcam & Latinam æternas fieri exoptat. Has leges omnes & singulas Juris arti debemus, quod est ars boni & æqui: quod rursum duplex reperitur. Unum quod in universum statuit, & summum seu strictum appellatur; Alterum, quod summum illud jus secundum circumstantias temperat, & Latinis duobus vocabulis æquum & bonum dicitur, Græcis vero uno verbo θεματικός, i.e. conveniens, ad simulatum, ab εἰων, ad simulor. Jus ergo ars quædam est, quâ summæ leges, & generalia jura secundum varias circumstantias temperantur, & veluti Lesbia regula structuræ, negotiis applicantur. Proinde cum bonum & æquum dicimus, absolutam bonitatem, æquitatemq; significamus, & juris utita dicam, medullam, germanamque justitiam. *Vide Bude. in Pand. Oldend. in lib. de jur. & æquit. Aristot. s. Ethic. c. pen. de æquitate & bonitate & 3. Polit. c. 12.* quibus melius Respublica administratur, quâm Principum aut Magistratuum arbitrio. Non enim abs re maiores nostri leges animam civitatis dixerunt: quod sicut sine animâ corpus, ita sine lege nulla civitas persistat. Harum autem LL. æquitas non uno in loco à Legumlatoribus affabré adumbratur, ut in L. cum abus. 102. D. de Condit. & Demonstrat. L. 11. & L. 16. D. de pæn. c. 19. D. 1. de pænit. L. 14. & 15. D. de LL. Hanc potissimum ob causam Justin: Imperator jus vetus, quod filios familias, si quod fortasse delictum perpetrassent, noxæ dedere permiserat, ab usu communi penitus recessisse ait, quod penè per filii corpus pater magis quâm filius periclitetur. §. sed veteres. 7. J. de Noxal. action. Cujus æquitatis mirificus artifex fuisse legitur sublimissimus Papinianus, cui semper proposita fuit beata civium vita, & boni viri esse existimavit, errores & lites hominum corrigere potius, quâm ferere, eosque in viam veritatis, æqui & justi reducere: æquus esse in judiciis scivit, æquus in publicis Disciplinis, & avaritiam, quæ verè mater omnium malorum dicitur, maximè quando non privatorum, sed judicium inhæret animabus, fugere, non auro justitiam vendere, neque argento; sed totum fescita componere, ut non aliud ex legali philosophia cupiat, quâm quæ justa sunt prosequi, injuriam passos tueri, & totâ admitti mente, ut supplosis suppressisq; litium procellis, ci-


vilis concordia, placidissimaq; pacis serenitas complantetur. Huc spectat & tendit L. I. S. D. de Condit. Institut. & Horat. lib. 3. carm. Od. 3. Quare ut veri JCti personam sustinere, & omni honore, reverentia & honestate frui possimus, injusto lucro abstineamus, & pure singulis utentes, æquitatis ac justitiae amatores simus necesse est, juris & legum observantes, ut ex earum præscripto omnia agamus, ad facilitatem, æquitatemque (à quâ Lex divisa quasi corpus ex sanguine & exanime videri potest) omnia referamus. Sed quò sum projectus? Hæc omnia rectè & bellè se habent, si non Dædale à arte, sed legitimis mediis acquirantur, scilicet præviis linguarum, artium, & honestorum morum adminiculis, sine quibus nemo ad penetralia & sacra, & nullo pretio nummario æstimandæ Jurisprudentiæ adyta pervenire potest. Quod secum ruminans, & altius pendens Nobiliss. Consultiss. ac Clariss. DN. DANIEL FISCHERUS, Serenissimo Brunsvic. & Lunæb. Duci à consiliis, non per saltum ad jura advolavit, ut cum Icaro vitreo daturus nomina ponte; sed in omni disciplinarum genere ἀντὶ ἐργάζομενος exercitatus, bene, secum reputavit, artes & linguas cum Philosophiâ & Jurisprudentiâ optimè consistere posse, & ita præviâ εὐκυλλοπαιδεiā in verâ prudentiæ arcem pervium aditum patere. Ut autem paulò altius præsentis nostri Candidati originem repetamus, natus est in amplissimâ fœderis Hanseatici matrice, Lubecæ, ante triginta tres præterpropter annos, parentibus piis, & laudatissimis, DN. DANIELE FISCHERO Cive & Mercatore inter Lubecenses quondam egregio & integerrimo, & DN. CATHARINA WESTHOFIAM tronâ sui lex ornatissimâ. Hic dum decimum septimum ætatis annū vix attigerat, relictis Scholis trivialibus & institutione domesticâ, cum ad Academicam vitam videretur adhuc immaturior, Hamburgum ad insigne, quod ibi reperitur, Gymnasium à parentibus missus, Philosophicis, nec non Historiarum & humanitatis, quæ vocantur, studijs, sub curâ & hospitio DN. D. JOACHIMI JUNGII integrum triennium impendit. Hinc verò anno ætatis 20, ad Illustrem prefectus Julianam, altiora statim aggressus studia, Jurisprudentiæ pariter ac Politiciæ scientiæ sub Magni nominis Viris DN. HAHNIO, DN. WERNERO, DN. EICHELIO, DN. CONRINGIO suam ducavit

cavit operam. Et postquam hic loci per quatuor propemodum annorum spatiū studiis insudaverat, iustratis insignioribus aliquot Germaniæ locis, & Academiis Argentoratum convenientissimum sibi suisque studiis locum delegit. Ubi postquam seíquianum ferè substiterat, per celebriora Helvetiæ loca transiens, Genevæ demum per octo menses non studiis minus quam Gallicæ linguae cognitioni, vacavit. Hac v. relictâ à Celsissimis & Illustrissimis Principibus Ducibus Bavariæ & Comitibus Palatinis Rheni, qui sunt delineâ Birkenfeldicâ, in societatem itineris admissus in Galliam abiens potiorem quidem anni ad hoc iter destinati partem vel Lutetiæ Parisiorum, vel Andegavi peregit, nec tamen interim plurimas ejus Regni Provincias & Civitates visitare intermisit. Ex Galliâ discedens, Angliam noluit præterire. Ex Anglia post menses aliquot in Belgium fese contulit. Cujus nullam quoad fieri potuit, Provinciam reliquit intactam. Ne tamen hac ratione aliorum locorum gnarus in ipsâ suâ patriâ peregrinus audiret, tum quidem temporis illa Germaniæ loca, civitates & aulas, quæ hinc inde cis & ultra Rhenum reperiuntur, pervisere animum induxit. Quo itinere confecto ad Argentinensem iterum ad breve tempus divertit Academiam. Italiam deinde & Hispaniam, quæque in iis sunt celebriora loca, & res observatu dignissimas studiosâ mente perlustravit, eique negotio integrum impendit biennum. Ex Hispaniâ v. ultimum in Galliam redux, quicquid illius regni antea non erat visum, vel bene perspectum, cognoscere laboravit. Atque ita Germaniam reversus, Viennæ aulam Imperatoriam, quæque ibi vel in regendâ Rep. vel in administrandâ occurrunt justitiâ, studiosè observavit. Inde dulce revisens patriæ solum, quartanâ satis diuturnâ fuit correptus, quæ propositum ipsius septentrionalia etiâ vicina loca visendi distulit quidem; sed non planè abstulit. Quin eâdem liberatus, Daniam mox, Sveciam, & magnas Livoniæ, Prussiæ, Poloniæ, aliarumq; vicinarum regionum partes unius anni circuitu peragravit. Quibus in diversis peregrinationibus non sola ejus cura fuit cœlum mutare, & urbes, & dificia, terras inspicere; sed vel maximè ut gentium tam discrepantium mores, cultus, linguas, leges, atque Rerum publ. formas, quæque in iis vel virorum, vel rerum clara reperiuntur, certiori & meliori

iori modo cognosceret. His ita exantlatis laboribus ante biennium, postquam iterum gravissimum sustinuerat morbum, matrimonio ipsi juncta fuit Lectissima Virgo Nobilissimi & Amplissimi Viri Dn. MARTINIBOEKELII, Jcti & Syndici apud Lubecenses celeberrimifilia. Et ne majorib<sup>z</sup> destitueretur ipsius labor præmiis, Sereniss. & Illustriss<sup>m</sup> Princeps ac Dominus, Dn. RUDOLPHUS AUGUSTUS Dux Brunsvicensis & Luneburgensis hunc nostrum DN. FISCHERUM ante annum, & quod exurrit Consiliarii munere, & patriiatus dignitate co-honestavit. Ex isto tempore nihil prius aut antiquius habuit, quam ut arctius cum Astræa connubium contraheret, & suo merito solennibus Juris honoribus ampliari posset. Quem in finem nostram Facultatem in primis salutavit, & nomen suum apud me p. t. Decanum honestè, & modestè professus. Unde etiam factum, ut sine strepitu & longâ cunctatione Id. Jul. suffragante totâ Ampliss. Facultate ad rigorosum examen admissus sit. In quo cum singulorum Dominorum Collegarum vota & applausus sine invidiâ invenisset, & laudem & gloriam ampla spolia reportasset, nihil reliquum magis superesse arbitratus est, quam ut 13. d. Julii ad publicum omnium Eruditorum examen admitteretur, & toti Academiz elegantem de FAVORE EJUS QVOD PUBLICE INTEREST conscriptam disputationem exhiberet. Ut itaque hic actus eò illustrior & splendidior reddatur, invito ad eundem in primis Magnificum Dn. Rectorem, Amplissimos Dominos Professores, Collegas, Doctores, Licentiatos, verbi divini Ministros, Magistros, & omnes literatos, literatorumque fautores, ut & totam generosæ masculaq; indolis juventutem; amicè rogans omnes & singulos, ut tantillum aliis suis occupationibus detrahere haud graveri, & magnifica, & gloria præsentia hunc Candidatum beare dignentur. Nulli siquidem dubitamus, quin apud ipsum præclarè vestrum posituri sitis studium atque beneficium, illudque idem ubique terrarum gratâ mente reculturus est. Nos quoque de singulis itidem bene rursus mereri ~~naddūrapu~~ allaborabimus, nec unquam admissuri, ut ingratitudinis nota nobis inuri queat. Valete, P. P.

Rostochii sub Sigillo Facultatis Juridicæ. 9. Jul.

d. Anno M. DC. LXV.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn735224471/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735224471/phys_0011)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn735224471/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735224471/phys_0012)

DFG

cavit operam. Et postquam hic locum  
annorum spatum studiis infudaverat,  
quot Germaniae locis, & Academiis  
sumum sibi suisque studiis locum delectum  
ferè substiterat, per celebriora lata  
væ demum per octo menses non studi  
guæ cognitioni, vacavit. Hac v. re  
mis Principibus Ducibus Bavariae & C.  
funt delineatæ Birkenfeldicæ, in societa  
am abiens potiorem quidem anni ad  
Lutetiam Parisiorum, vel Andegavi pe  
rimas ejus Regni Provincias & Civitatis  
Galliae discedens, Angliam noluit pa  
ses aliquot in Belgium fere contulit  
potuit, Provinciam reliquit intactam  
orum locorum gnarus in ipsâ suâ pa  
quidem temporis illa Germaniae loca  
inde cis & ultra Rhenum reperiuntur.  
Quo itinere confecto ad Argentinensem  
vertit Academiam. Italiam deinde &  
celebriora loca, & res observatu dignissim  
vit, eique negotio integrum impendit la  
tum in Galliam redux, quicquid illius  
vel bene perspectum, cognoscere labora  
reversus, Viennæ aulam Imperatoria  
Rep. vel in administrandâ occurrunt ju  
de dulce revisens patriæ solum, quartar  
quæ propositum ipsius septentrionalia  
lit quidem; sed non planè abstulit. Q  
mox, Sveciam, & magnas Livoniae, Prus  
rum regionum partes unius anni circui  
versis peregrinationibus non sola ejus o  
bes, ædificia, terras inspicere; sed vel ma  
pantium mores, cultus, linguas, lege  
quæque in iis vel virorum, vel rerum cl



the scale towards document

or propemodum  
in signioribus ali  
um convenientiis  
postquam sequian  
ca transiens, Gene  
juam Gallicæ lin  
gessimis & Illustriſſi  
alatinis Rheni, qui  
admissus in Galli  
stinati partem vel  
men interim plu  
e intermisit. Ex  
Anglia post men  
ullam quoad fieri  
en hac ratione ali  
nus audiret, tum  
& aulas, quæ hinc  
animum induxit,  
breve tempus di  
quæque in iis sunt  
â mente perlustra  
Ex Hispaniâ v. ulti  
ea non erat visum,  
ita in Germaniam  
ibi vel in regendâ  
osè observavit. In  
irnâ fuit corruptus,  
loca visendi distu  
liberatus, Daniam  
, aliarumq; vicina  
it. Quibus in di  
lum mutare, & ur  
nitum tam discre  
rumpubl. formas,  
tur, certiori & me  
liori.